



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Synodus Sydae Habita Adversvs Massalianos Svb Damaso.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

SYNODVS SYDÆ HABITA
ADVERSVS MASSALIANOS

S V B D A M A S O .

N O T A .

Synodo
quis præ-
fuit.

^a *Synodus.*] His temporibus aduersus Massalianos Sydæ congregatam esse Synodum, Photius in bibliotheca ait his verbis: *Legimus Synodum Sydæ factam aduersus hæresim Massalianorum, id est, Euchaitarum vel Adelpiorum. Præfuit Synodo Amphiloebus episcopus Iconii, cum episcopis viginti quinque. Ex Synodo ibi est synodica ad Flavianum Antiochenum episcopum, qui ea de causa etiam aliam Synodum habuit. In eo Concilio Sydæ habito, Adelpius licet penitentiam polliceretur, non est admissus, quamuis hæresim detestari videretur: quoniam non ex corde penitentia & renuntiatio facta esset. Vide Baron. anno 383. num. 39.*

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA
SIRICII PAPÆ.

Ex libro pontificali.

Sedit an.
13. ex ratio-
ne temporū
colligunt
alii.

SIRICIVS ^a natione Romanus, ex patre Tiburtio, ^{Ann. Cant.} ^b sedit annos quindecim, menses vndecim, dies viginti quinque. Hic constitutum fecit de omni ecclesia, & contra omnes hæreses, & dispersit per vniuersum mundum, ac per omnes prouincias, vt in omni archiuo ecclesiæ conferuaretur, ob oppugnationem contra omnes hæreses. ^c Hic constituit vt nullus presbyter missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum episcopi loci designati fusciperet declaratum, quod nominatur fermentum. ^d Hic inuenit Manichæos, quos in exilio deportauit. Et hoc constituit, vt non participarent cum fidelibus communionem, quia ore polluto non liceret sanctum corpus Dominicum vexare. Hic quoque constituit, vt si quis conuersus de Manichæis rediret ad ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterii diebus vitæ teneretur obnoxius, vt ieiuniis & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione vsque ad vltimum diem transitus sui, humani-